

Ne dole propter patrem absentem.

Et pro illo ignotum ne ama.

Gemmas & *Agallochon* (*lignum Arabicum*) * juvenes honorant & senes.

Tabellarij in regionem ignotam profecti
admirantur vestes hominum.

Socius non falsus anchora * tuta.

* *Parca* * mortem affert, opes & facultates
rursus * aufert.

Fames, pestis & bellum populi sunt *exitium*.

Vir stultus vasi *perforato* similis.

Oves pastor *bonus* congregat, ne dissipet eas
lupus.

Omnes morti servamur velut armentum
bouvum *saginatorum* mactandorum.

* *Superbi* in convivio *stolidi* sunt,

Placidi ac *mites* *nusquam*,

In *sepulcro* verò reliquis similes.

Sancti in cœtu *Sanctorum* *exultant*.

In ulnis fovere *viperam* futuro in præcordiis odium nutriens assimulatur.

Curvo sine hamo pisces non capies.

Sacri libri ex veteri (tempore) in montibus
& *vallibus* facti sunt.

Absq; * telo (*jaculi genere*) * *arcus*, & sine
spe *cor* similiter facit.

Infirmum brachium *vulnerati* * cubiti.

Cœlum tonitru & terram *ferasq;* exterret.